

beam agere, sicut et alii Monachi. Quatinus ab hac die firma et stabilis sit in ipso sancto loco nostra oblatio, et neque a nobis, neque ab ullo homine aliquando contradicatur, sed omni tempore stabilis permaneat. Actum in Reate Mense, et Indictione supra scripta. Signum †. manus Romualdi, qui hanc cartam fieri rogauit. †. Ego Teudemundus sculdhor manus mea. †. Ego Adeodatus Vestararius manus mea. †. Ego Lupo manus mea. †. Ego Johannes Vestararius manus mea. †. Ego Opteramus manus mea. †. Ego Opteramus notarius, scriptor hujus cartę, ex dicto Rimonis castaldij, compleui, et dedi.

CLVI.

**I**N Nōmine Domini Dei Saluatoris nostri Jesu Christi. Regnantibus domnis nostris Karolo, et Pipino Filio ejus excellentissimis Regibus Francorum, et Langobardorum, et Patritiis Romanorum, Anno Regni eorum, Deo propitio, in Italia XIII. et V. Sed et temporibus Viri gloriosi Hildeprandi summi Ducis Ducatus spolefani, Anno Ducatus ejus in Dei nomine XIII. seu et Viri magnifici Rimonis castaldii ciuitatis reatine Mense Julii per Indictionem VIII. Manifestum est quia ego Paulus Falconarius, comparavi <sup>Te</sup> Viri uenerabilis Altperte Abbas Monasterio sanctę Dei genitricis, semperque Virginis *Marię*, quod situm est in Acutiano territorii sabinensis, et a cuncta Congregatione hujus Monasterii, casas, que fuerunt cuiusdam Acersisi, et Sabiniani, supstus muros ciuitatis reatine, seu et casam, que fuit Stephani notarii, que est posita ante ipsam portam, que et ipsa casa iam ante hos annos, uobis a Sualdi perto presbitero euenit in cambium. Ipsas casas cum hortibus, et curtibus, seu introitu et anditu suo, et quicquid in ipso loco habuerunt, unde nihil uobis reseruastis. De quibus a me Paulo definitum accepistis pretium, in auro spretiato solidos lucanos cl. et secundum legem pro meliorata causa super totum completum pretium de ipsis casis. Ego, qui supra Paulus Falconarius dedi in ipso sancto Monasterio, et tibi qui supra uenerabilis Altperte Abbas, et cunctę Congregationi ipsius Monasterii, pratum in Lauriano territorii reatini, quod est modiorum decem in integrum, quod in Congregum uestrum habuimus, qualiter mihi Paulo a Teufano germano meo ex dono uenit, et qualiter ego ipsum pratum possedi, ita uobis tradidi possidendum, et in ipso loco nihil mihi reseruauit. In tali autem tenore, ut si aliquo tempore, ego qui supra Paulus, uel mei heredes Monasterio sanctę *Marię*, uel uobis Altperte Abbas, seu et cunctę Congregationi hujus Monasterii uestrisque successoribus causam istam dirumpere quesierimus, aut in aliquo remouere uoluerimus, aut ipsum pratum, sicut ego possedi minime a quolibet homine uobis antestare, et defendere non potuerimus, promittimus componere uobis, uel uestris successoribus, auri solidos mancosos centum, et carta ista permaneat in sua firmitate. Quam Constantinum notarium scribendam postulauimus. Actum in Reate Mense, et Indictione suprascripta. †. Ego Paulus Fasindus in hac carta a me facta manus mea. †. Ego Hildericus sculdhor manus mea. †. Ego Perto manus mea. †. Ego Jacipertus manus mea. †. Ego Fulcoaldus manus mea. †. Ego Opteradus manus mea. †. Ego Petrus manus mea. †. Ego Constantinus notarius hanc cartam compleui, et dedi.